

Quid Phantasma

Aut que sopitos deludunt omnia sensus.
 Non inquam hic Phantasma usurpatur, nisi pro incubone, estu cordis, percussione, aut preliura respirationis: Græce *Phrygama*, vel *Ephialtes*: quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere, & pondere suo pressos ac sentientes gravare (Macrob. d.)
 Hoc est visum inter vigiliam & altam quietem, in qua primâ somni nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix capit, aspirare videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas à natura seu magnitudine, seu specie discrepantes, variatque temperates rerum vel latas, vel turbulentas. Hispanice, *Pessadilla*. Apud Romanos Silvanus dicebatur Auctor huius oppressionis, seu incubi, ut dicimus *Ephem.* 1. 1. *Id.* Apud Hebræos & Egyptios *Lilith*, de quo Kircher. in *Pantib. Hebr. Syntagm.* 4. cap. 13. Ab alijs *Dæmon* (qui in Scriptura dicitur *Nocturnus timor*. *Plalm.* 90. 5. ubi *Genobr. Terricula nocturna*. Hebr. *Aterrore noctis & pavore.*) vel *Empusa*, *Lamia*, *Eltrix*. At vulgi illud est, ut latè probat *Iason Pratenis*, cap. de *Iacubo*. *Theophr.* Bonet. *Tom.* 1. *Theaur.* lib. 2. cap. 28. & in *Mercur. Comital.* lib. 9. verb. *Incubus*, eodemque verb. *Ioan. Jacob. Manget.* lib. 9. *Bibliob. medic.* Causa huius pravi affectus est spirituum animalium interceptio, unde diffinitur, ut motus intercipientis respiratiois & vocem cum falso rei gravis thoraci incumbentis & suffocantis infomnio, ob impeditam liberam spirituum, vijs obstructis, ad nervorum penetrationem. Sicine dum vapor animæ offunditur phantasmata prævaricantur, fiuntque turpi deformatione spe tra, atque in errore molestissima ludibria, & aliquoties lethalia, maximè in pueris: qua de causa iurè incubo dicitur *Epilepsia nocturna*.

Macrob.

Plalm. 90. 5.

Quid nocturnus incubus

Observationes & divinationes ex somnis. Erasim.

Plini Omnia vane. Seneca.

Ovide

M. Cicero.

M. Varro.

Quæ somnia dicebantur vera?

Horat.

33 Hæc infomnia in somno; ex quibus inter Ethnicos idolatriæ ætcos, innumeræ superstitiones: at quia totum ludicrum, prætermittit videndum apud *Bulenger.* lib. 2. *Advers. Magos*, cap. 16. d. & de *Divination.* lib. 5. cap. 1. *Maïohum.* *Tom.* 1. *Collog.* 4. *Paul. Zachiam.* *Tom.* 1. lib. 4. tit. 1. *quæst.* 5. à n. 7. *Ulyss.* *Aldrovand.* *Tom.* 4. cap. 1. pag. 150. *Plutarch.* in *Sympos. Sap.* & *lim.* 8. *Convevialium qq.* cap. 10. *Plin.* lib. 10. cap. ult. *Menoch.* de *Republ.* Hebr. lib. 4. cap. 3. *Sherlog.* *Antiq. Hebr.* 1. differat. 4. sect. 9. *Rhodig.* d. & lib. 7. cap. 29. 27. cap. 10. *Novarin. Scediasim.* lib. 8. cap. 27. *Delr.* d. lib. 4. cap. 3. *quæst.* 6. *Bisciol.* *Tom.* 1. lib. 5. cap. 19. *Dempster.* in lib. 2. *Rosin.* de *Rom. antiq.* cap. 2. fuscè, sicut *Aristotel.* libell. de *Divination.* Ridebant vel ipsi Profani. Unde *Diogenes Cynicus* Atheniensibus dicere solebat (ut refert *Erasim.* lib. 3. *Apophthegm.* de eo *Centur.* 1. n. 70. *Qua vigilantes agitis, non curatis: qua verò dormientes somniatis, sollicitè perquiritis.* *Quam vana, diximus.* *Tom.* 3. *T.* 2. à num. 13. *Plin.* lib. 10. ubi dudum, *Magus hic (ait) inoitat locus, & dixeris referret documentis, utrumne sint aliqua præcisa animi quiescentis, qua fiant ratione, an fortuita res sint, ut pleraque: est exemplis agatur, prospèdè parvasunt. A vino & à cibis proxima, atque in redormitione vana esse visa, propè convenit. Præmiserat *Seneca de Constant. Sapiens.* cap. 11. *Ille quicquid huiusmodi est, transcurrit, ut vana somniorum species, visosque nocturnos, nihil habentes solidi, neque veri.* *Ovid.* 3. de *Pont.* *Eleg.* 3. v. 3. *fuccinuit**

Dum tibi quæ vidi, refero; seu corporis umbra est seu veri species, seu fuit ille sopor.

Idem Nonnus 35. Dionysiac. à v. 340. *Denique Cicero, 2. de Divination.* subdit: *Quid convenit agros à coniectore somniorum potius quàm à medico petere medicinam? An Esculapius, an Serapis potest præscribere per somnium curationem valetudinis? Ad rem Varro in Eumenidib.*

Hospes quid miras nimmo curare Senapim? Quid, quasi non curet tantidam Aristoteles?

34 Inter illos, vel captantes somnia, quæ post cœnam discipiebantur, utpotè magis orta à supervacans cibo, potuque, ut verbis utar *Clementis Alexandr.* 2. *Pædagog.* cap. 9. *Altruit Artemidorus*, lib. 1. de *Sonn.* cap. 8. *Cicero, 1. de Divinat.* & *Theocrit.* *Edyl.* 7. à vers. 11. Unde quasi quoddam divinum arbitrabantur & colebant, quæ post mediam noctem ludens spectris efformabant phantasia. *Idem ibid.* v. 31. *Apparuit, cum veracium passitur turba somniorum:* & *Horatius t. Satyr.* 10. vers. 32.

— Vetus me tali voce Quirinus? Post mediam noctem visus, cum somnis vera.

Ratio huius observationis est, quia post mediam noctem sub Auroram Dij celestes, cum tene-

tenebrosi recessissent, per somnium innauebant sibi placita faciunda. Quare *Virgilius* de *Umbra Anchilii filio* obviâ in somnis, lib. 5. *Æneid.* à v. 738. acciuit:

Iamque vale: torquet medios nox harrnida curfus, Et me favos equis Oriens afflavit amelia. Dixerat, & tenes fugit cœn fumus in auras.

Virgil;

Idem Claudian. de *Bell. Gildon.* à v. 348. & *Natal. Comes.* 5. *Mytholog.* cap. 1. quippe *Furias vagantes, Dæmones, ac Manes mortuorum in hominum terriçiamenta ante mediam noctem apparere solebant.* *Propert.* 4. *Eleg.* 7. à v. 87.

Nec tu sperne pijs venientia somnia portis: Cum pia venerunt somnia, pondas habens.

Propert;

Noctè vage ferimur: nox clausas liberat umbras; Errat & abiectâ Cerberus ipse fera.

Luce iubent leges Lethæa ad stagna reverti: Nos vehimur, vebum nautâ recenset onus:

Idem Eleg. 5. à v. 3. Ex qua cogitatione, quia apparere nequibat qui luctabatur cum *Jacob* (utpotè *Angelus malus*, spectrum nocturnum sub specie *Esaui*, ut placet *Iosepho* 1. *Antiq. Hebr.* cap. 19. & alijs *Rabbins*, apud *Lyran.* hic.) fugere fatagit dicens: *Dimitte me: iam enim ascendit Aurora.* *Genes.* 32. 26. *Illustr* prorsum commentum & ratiocinium! *Hinc Silentes Umbræ* ex inferno dicitur, & quæ in terram emergent larvis sub metaphora ferarum *Plalm.* 103. 22. dicitur: *Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* *Papæ Minervæ*

Quare sub Auroram;

Genes. 32. 26.

35 Alia, si infomnia debite significationis, vel tristia portententia, perpetrabant. *Mos fuit veteribus* (inquit *Scholiales Sophoclis*) *ut viso gravi aliquo infomnio Averrim summo mane illud Soli narrant; ut is qui contrarius est nocti, infortunium averrunt.* Unde in *Antolog.* 1. *Epigram.* 20. dicitur: *Manè accipiunt Solis lumen.* Ita *Clytemnestra* apud præfat *Sophocl.* in *Electra*, v. 434. & 645. viso in somnis *Agamemnone*, à se occiso; inquit:

Cur somnia gravia referantur Solor;

Talia quando Soli ostendit somnium, Prætes avertens terrorum. Audias iam Phæbe Præses secretum meum sermonem Ad lucem. Sic audi, sic enim & ego dicam Quæ enim vidi noctè hac visa duplicium somniorum; Hæc mihi si apparuerunt bona, da perficè: Si autem inimica, inimicis retrò dimitte.

Sophocli;

Eadem apud Euripid. in *Rheso*, v. 90. & *Aristoph.* in *Nuber*, Act. 4. v. 13. *Quod Ethnici ex somnis, Hebræi faciebant visis in cælo inuitatis lignis, ut dicitur, 2. Machab.* 5. 41. *Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti.* Nescio an hocce sensu averrens superstitionem, *Iobus* dixerit: *Si vidi Solem cum fulgeret. Si pro Non: qu. d. Nequaquam.* Qui narrare volebant, expergefacti, manibus vel velis tegebant oculos, ut innuit *Euripid.* in *Iphigenia Tauric.* v. 151.

Iob 31. 26. Si pro Non;

Qualem vidi faciem somniorum hac noctè. Tegite pepit vulnus à Solis flamma.

Euripidi;

Vel priusquam Sol oriretur, ut infomnium evanesceret, aqua se purificabant, cavisque manibus illi orienti undam offerbant. *Senecam* videtis in *Octav.* à v. 750.

Imperat hic altè Phæbi surgentis ad orbem Ferre manus.

Valer;

Canit Valer, Flaccus, 3. Argonautar. v. 83. & *Virgil.* 8. *Æneid.* v. 67.

— Nox Æneam somniisque reliquit. Surgit & atherèi spectans orientia Solis Lumina, ritè cavè undam de flumine palmis Susculet.

Flacc.

Quis spatio somniant;

Virgil;

36 Relictis igitur hisce, aliisque superstitionibus sciendum est somnum sæpe usurpat pro incantatione: quæ sic dicitur, quippe cum in somni quiete cessent operationes sensuum, ut diximus *num.* 22. quoties suspendebantur facultates alicuius conditionis tam in sensibilibus, quàm in insensibilibus artificio dæmonis, dicebatur incantatio, quasi opus supra vel contra naturam, ut flamma in scaturigine reverti, & alia plura graphicè

Somni pro incantatione.

phice descripta ab Ovidio, 1. *Amor. Eleg. 8.* Senec. in *Medea, Sil. Italic. lib. 3.* Statius 2. *Thebaid.* Lucan. 9. *Phars.* & Plinius credulus utqueaque. Cicurari serpentes & alia indomita, altruit Cael. Rhodigin. *lib. 7. cap. 29.* quibus embolij; Maluend. *lib. 7. de Anti-Obviff. cap. 9.* Delt. 2. *Disquiff. magic. q. 13. fusc. Mercatores etiam, quod est mirabile dictu, quibusdam carminibus dracones faciunt mansuetos ad tempus, quibus infidentes, freno eos ferunt usque in Ethiopia, ubi eos vendunt. Ethiope in ferocida plaga habitantes eorum carne vescuntur, quia ea vescentes infrigidat: venenum nempe arte prius excutientes, vel eandem in qua latet, abscondentes, ut dicitur in *lib. de Natur. Rep. Ita Holcot. in Sapient. 16. 10.* probaturque ex *Psalm. 57. a. 5. Sicut aspides surda, & obturantis aures suas, que non exaudiet vocem incantantium, &c. Ierem. 8. 17. Mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio.* Sub metaphora huiusmodi superstitionis, seu magicæ artis (qua cicurari verbis Ethnici arbitrabantur serpentes, extrahi à cæcis, vel stupesceri, ut notat Virgilius 8. *Ecolg. v. 71. Manil. 5. v. 230.* Ovid. *de Medicam. fac. v. 39. & 7. Metamorph. Fab. 4.* alijsque plures, quorum proposita compilat Senec. in *Medea, v. 684.**

Holcot.

Pl. 57. 4.

Ierem. 8. 17.

Quid fit incantatio?

Senec.

Isai. 13. 17.

Plin.

Sau. 1.

Cur mori dicitur somnium?

Ioan. 11. 11.

Quid est somnium?

— *Tracta magicis cantibus*
Squammeâ lacris turba desertis adest
Hæc fera serpens corpus immensum trahit
Tristitiamque linguam exertat, & querens quibus
Mortifera veniat; carmine auditu stupet,
Tumidumque nobis corpus aggestis plicat,
Cogitque in orbis.

Exprimit David duritiam cordis improbi indomabilis; & Ieremias trulentiam Chalæorum nec prece, nec pretio inflexibilem: equidem ut ait Propheeta Evangelicus: *Suscitabo super eos qui argentum non quarant, nec aurum velint.* Causa huiusmodi allusionis pendet ex eo quod aspides & basiliscos credebant Ethnici, sopitis alijs serpentibus non posse incantari: innuere videtur *Æliæ. 1. Histor. animal. cap. 54.* & *Lucian. in Philofoide*, contra *Plin. inficiatur lib. 20. cap. 4. & 12. qui lib. 21. cap. 31. infit: Aspidum natura baliceæbum* (Hispanice, seu potius Punice, *Alcaquongi.*) in tantum adversam, ut radice eius propius admotâ soporetur illa sapore eucans eis eorum. Inter *DD. controversia est, an per magiam, an per antipathiam soporetur: quæstioni parco, quippe non nova, sed lata provincia. Confule AA. præfatos, & N. Perezium in Laur. Salmantin. Certam. 7. exposit. cap. 1. Vallef. Sacr. Philofoph. cap. 3. Reyes-Franc. in Elyf. quæst. 22. & latè Kirch. 22. & latè Kirch. Hebr. & Saracenic. Multa videnda apud Moura de *Incantation. Opusc. 1. sect. 1. cap. 1. inter quæ quid sciendam de Tauro feroci, cicuræ in festo S. Marci, adducto in templum super cuius cornua imponebantur candellæ; sect. 2. cap. 2. à n. 13. Aliqua diximus, ubi de oculis fascinantæ, Tom. 4. T. 3. à n. 4. r. Ex his ergo patet soporari sumi pro enervatione, seu p. i. v. a. one facultatis naturalis, uti dormientibus contingit.**

37 In hominibus gravis somnus, seu stupor ex aliquo vehementi affectu dicitur incantatio, quasi homo extra se, uti dicitur de *Prologo, Luc. 15. 17.* Acicod de Petro, dum in intellectu communem redit, quia vñs absorptus, etiam dicitur, *In se reversus. Act. 12. 11.* Similiter de Zacharia, uti vidimus, *num. 22. Suscitavit me, quasi virum qui suscitatur à somno suo:* idest, à somno gravissimo in rationalem vigiliam. *A somno suscitari se dicit, vel quia in alta eorum que viderat* (inquit hic n. r. *D. H. Sanctius contemplatione defixus erat, neque aliter quam qui alto immersus est somno à se totus abstrahit: vel quia pro celesti: atque prophetico splendore reliqua tenebrarum instar obtinent, in quibus qui dormit, tacere existimatur.* Sicine somnus metaphoricè accipitur, uti diximus de morte, ac resurrectione: equidem sicut qui dormit mortuæ ac clamore excitatur; ita sonitu tubæ ac clamore evigilabant ad iudicium in morte dormientes. *Daniel. 12. 12. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei.* *Ioann. 5. 28.* Sic dictum, *Lazarus dormit, sed vado, ut à somno excitem eum:* idest, per resurrectionem à somno mortis, dum discipuli simpliciter intellexerunt de dormitione somni; quippe quàm facilis illi suscitare Lazarum in halitum vitalem, quàm illis excitare dormientem. Somnum enim nil aliud est, quàm sensuum exteriorum cessatio facultatis, ad quietem & salutem animalis instituta. Hæc autem ligatio fit à vapore & fumis, qui ex ventriculo maxime, & alijs corporis partibus per arterias oculofoque meatus in cerebrum ascendunt, ibique refrigerati & condensati implent cerebrum,

ob-

obstreuntque nervorum orificia, unde impeditur transitus spirituum animalium, quibus sublatis nulla in externis sensibus potest operatio exerceri. Hic est somnus naturalis: equidem dum à prava affectione suffocatur vel extinguatur huiusmodi facultas, dicitur Epilepsia, vel Apoplexia. Somnus ergo datur à natura propter vigiliam; igitur illo refrigeratur cerebrum, ne nimia siccitate ex functionibus vigiliis, serpat amentia; cum somno facultates animalis recreantur, vegetioresque reddantur. Somnus solvitur subito horrore aut timore: sic enim spiritus excitantur, ad organaque diffunduntur. Similiter per clamorem, aut tactum; quibus torpor discutitur, ipsæque facultates organice beneficio spirituum (qui semper in organis residui sunt) alios cerebri evocant; sequiturque vigilia, quæ est solutio sensuum extororum, ut possint operari; quippe animal est propter suas operationes. Denique in vigiliam solvitur somnus, dum vi caloris nativi evanescent vapores, qui meatus exteriorum sensuum occupant.

Quid vigilia?

38 Modò delicantur aliquæ circa fontem tautologie, ut illud *David: Ego dormivi & soporatus sum.* In Scriptura verba reâlia interdum usurpantur pro mentalibus, & actio pro fine actionis, vel actus secundus pro primo, ut sæpe alibi dixi, nonnullaque addam testimonia nolentibus remissiones adire. *Levitice. 20. 8. Ego Dominus, qui sanctifico vos:* idest, qui sanctos & mundos esse præcipio. *Ioann. 13. 6. Tu mihi lavas pedes: mimentum, lavare medicaris:* *Eccle. 7. 29. Quærit anima mea, & non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.* Utroque loco *Non inveni, fumendam pro Non potui invenire.* *Proper. lib. 1. Eleg. 5. v. 17. Quacumque voles fugient tibi verba quærentis:* hoc est, conanti quærere, uti hic placet *Pallertio:* sicut illud *Virgilij, Ecolg. 6. v. 3. Cum canerem Reges: nempè, cogitarem canere: sicut moliebatur Ovid. dum dicit, 1. Amor. Eleg. 1. v. 5.*

Arma gravi numero, violentaque bella parabam
Edere, materia convenientis modis,

Sic igitur *Tò Dormivi* in actoritate intelligendum: q. d. cogitari, seu decrevi, ut aliquatenus quietem ex laboribus haberem; ire cubitum, ut dormirem. Voto sum positus, igitur recumbens *soporatus sum.* Favent *Vertiones. Iustin. Accubui, ut dormiam.* *Caeteran. Tacui. Flammin. Cubabo, & dormiam:* sumptâ actione ac cogitatione pro obiecto, seu materia cogitata. Sic illud *Psalmi 117. 14. Laus mea Dominus. Ierem. 17. 14. Quoniam laus mea tu es.* Hoc est, in quem diriguntur laudes. *Isai. 36. 4. Quæ est ista fiducia, qua confiditis? idest, quis in quo confiditis? & Ezech. 24. 5. Effudit coctio, pro materia coquenda, usurpata actione pro actionis fine.* *Lucan. 2. Pharsal. v. 150. Permissaque viva sepultis corpora:* idest sepeliendis. Non secus cum accubitus præmittatur dormitioni, dormire dicit, qui in lectulum ut dormiret, decrevit ascendere.

Psalm. 1. 6. Verba reâlia pro mentalibus.

Ovid.

Actio pro materia actionis, seu obiecto.

39 Aliter etiam exponi potest testimoniùm, intellectâ dormitione pro somno, sumptoque sopore pro somni quiete: *Ierem. 31. 26. Somnus meus dulcis mihi.* *Sapho. Tom. ult. Chori Põttarum, Græcor, fol. 98. Dormivi in somnis.* Igitur sæpe toto indidij appetitus, dormivit; sed dormivit conturbatus. Sic ergo de quiete in somno delicienda geminatio: quo intuitu *Psalm. 4. 9. dicit: Dormiam & requiescam. Dormiam simul* (addit *Genebrad. & requiescam tranquillissimè nullis tristibus in somniis me inter dormiendum exercentibus & terrentibus;* ne capiam somnos, invigilemque malis. Quare cum timor urget, excitat à somno sonitus folij volantis. *In doloribus dormitis.* *Isai. 50. 1. r. quod quidem non est dormire, sed quiete cruciari; quippe animus magis incumbit curæ, quàm quieti. In hocine propositum dicere solebat Themistocles (ut in eo dicit Plutarch. & Valer. Maxim. lib. 8. cap. 14. n. 1. Me trophæi Miltiadis de somno excitant. Propulsant quietem quietis anxii sollicitudines, curarum impellentes imagines.*

Genebr. Dormire pro sopore quiescere.

Valer. Max.

Quæcumque mentis agitat infestus vigor
Ea per quietem offert sacer refertque sensus.

Senec in Ollav. v 733.

Patet turbulentis dormiente Nerone. *Terrebat* (inquit *Sueton. in eo, cap. 46.) evidentiis portentis somniorum & auspicioium & omnium, tum veteribus, tum novis nunquam somnare solitus. Occisa domum matre, vidit per quietem nuxem sibi regenti extortum gubernaculum, trahique se ab Octavia uxore in arcissimas tenebras, & modò pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circensium arceisque progressu. Sunt, quorum vulnerata conscientia, sicut mors à cane tabido, qui in somnis horribilia ac terribilia vident; uti observat *Grannuyle, 7. de Propriet. rer. cap. 67. Spinofas Erinnyis ferit in pectore curas,**

Sueton. Quàm gravis conscientia vulnerata.

Nec

Virgil.

—Nec placidam membris dat cura quietem. Ut ait Virgil. 4. Aeneid. v. 5. quem imitatur Ovid. Epist. 11. à v. 29. & Lucan. d. 7. vers. 64.

Lucan;

Quos agitat vesana quiet, somnique furentes: Invigilat cunctis sacrum scelus, armaque tota Mente agitant, capuloque manus absente moventur.

Nicol. Læo nic.

Ex gravitate curarum nascitur aliquando agritudo, tuncque si somnus laborem facit, signum lethale est: ait Hippocrat. 2. Aphor. 1. ubi Leonicenus addit: Quidam inter dormiendum delira loquuntur, & ubi expergestati fuerint, multo tempore in delirio perseverant. Multi gravi oppressi somno & delirantes, tales ex somno fiebant. Quare ubi ex somno lesio aliqua, lethalem esse notam, pronuntiandum est. Unde Ovid. 2. Metam. fab. 12. succinit:

Ovidi

Sed videt ingratos, intrabescitque videndo: Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.

Secus David dormivit, igitur sopor placidus ac dulcis, uti expers periculi, & quasi extractus à conturbatione hominum. Unde hic Augustin. Ego dormivi, & somnum cepi, quasi soporatus sine cura, neque curarum angore. Requies curarum somnus habebat. Ovid. 3. de Pont. Eleg. 3. v. 7. Somno dulci dormientes. Homer. 24. Iliad. v. 635. Euripid. in Hecul. furent. v. 1049. Dormientem bend. Theocritus, Edyl. 24. v. 7. Dulce & excitabile somnum. Virgil. 5. Aeneid. à v. 844.

Virgil;

—Spirant aura, datur hora quieti: Pone caput, fessoque oculos furare labori.

Siccine exprimitur placide somnus, cuius quiete & refrigeratione in lecto soporatus David, quousque dissipatis vaporibus, facultas spirituum animalium reddidit ad sensus: quare subdit, & surrexi. Haye hic. Dormivi soporatus: id est, dormivi non quomodocumque, sed sine metu in utranque aurem.

Haye.

40 At quorsum, dices, tò Soporatus, si dormivit? Nequit dormitio (etsi contingat in dormitione, quod Nostrates dicunt Entredormir) esse sine sopore. Geminatio nominum aut verborum idem significantium, vel verbi & nominis in presenti argumentato vel significat gravitatem somni, vel ex eius dulcedine commodam quietem atque opiatam ex sopore tranquillitatem. Gravitatem, ut illud Ionæ 1. 5. Dormiebat sopore gravi. Græc. Dormiebat somno: quare navis gubernator illi dixit: Quid tu sopore deprimeris? v. 6. Hebr. Tardemab quod sonat lethargum, altissimum somnum. Somnoque sepulsi: Lucrer. lib. 5. v. 97. Homer. 10. Odysse. v. 548. Dormientes indulget dulci somno. Dormientem dormitum somno. Somno dormiens: iterat lib. 7. v. 318. 15. v. 5. 16. v. 480. & 19. v. 49. Euripid. ubi dudum, v. 1050. Somniculosum somno. Sophocl. in Trachin. v. 1062, per Epizeuxim, seu Pallogiam, Sopito, sopito. Christus expressit Matt. 26. 45. quia oculi discipulorum somno erant gravati, dicens illis: Dormite iam & requiescite: duplici verbo idem significante; sicut Patriarcha N. cap. 22. Regul. Sancti. verbo & nomine, sive supposito necessario. Vestiti Monachi dormiant, & cubillos ad latus non habeant; dum dormiunt; ne forte per somnum vulnerentur dormientes. Statius 10. Thebaid. à v. 100. describit emulatus Ovidium, 11. Metam. fab. 10.

Geminatio in vocibus significantibus somnum, sic dicit somni gravitatem.

Epizeuxim.

Ipsæ autem vacuus curis, humentia subter Antra soporifero stipatus flore, rapensis Incubat, exhalant vestes & corpore pigro. Evigilat domus: ipse autem nec lampade clara Nec somnu, nec voce Dea percussus, eodem More iacet.

Stat.

41 Quietem seu somni dulcedinem; uti cum dicitur de dormitione somni: equidem cum placidus somnus signum sit salutis, quiete si dormi Lazarus, saluus est à nunciato languore. Athiop. De dormitione decumbentis. Sic, ut exergestati exponatur somni voluptas ex quiete naturali vinculo sensuum; additur nomen, seu vox acquivalens. Hellenismus etiam est. Oborta tempestate, laborantibus discipulis in remigando, de Christo dicitur, Marc. 4. 38. Erat ipse in puppi super cervicali dormiens: Græc. Dormiens somno. Idem ad illud Actor. 12. 5. Erat Petrus dormiens (somnia) inter duos milites, vinculus carenis duabus, Somno, quasi diceret, placidissimè & dulciter soporati. Homer. 13. Odysse. v. 79. Dulcis somnus in palpebris incidit. Plaut. in Rudent. Act. 4. scen. 2. v. 11. Sopor & quieti praposui. Per Hendiadynd, sopori quietissimo. Lucrer. lib.

Ioan. 11. 13. Vel somni tranquillitatem.

Hendiadynd.

Nb. 3. d. v. 1042. Sopitus quiete est. Martial. lib. 12. Epigram. 57. Somnus & quies. Virgil. 1. Aeneid. v. 684. Hunc ego sopitum somno; quippe totus homo quieti deditus, ut subdit Lucretius quò dudum.

Nec sibi enim quisquam tunc se vitamque requirit, Cum pariter mens & corpus sopita quiescunt.

Sensus, quo velis delicare testimonium, genuinus est. Dormivit David, & dormiens soporatus est; vel quia gravi somno oppressus, vel quia dulciter soporatus. Ovid. 1. Metam. fab. 10. accinit:

Somne quies rerum, placidissime somne Deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministerijs mulcet, reparatque labori.

Apè ut somni virtus conficit, vigil amor focors vinculis victus iacet. Floride Jacob. Borinius, Emblem. 50.

Omnia vincit amor, sed tandem somnus Amorem: Fortius imperium Somnus amore gerit.

42 Haud sicine accipiendum est illud, Dormierunt somnum suum; etsi somnus usurperet pro quiete: etenim reciprocum suum signat mortem, quasi nati proprium munus. Omnibus enim nobis hoc debitum est, morti. Sophocl. in Electr. v. 1181. Hic dicitur ab Homero Somnus ferreus. In Biblijs, Somnus sempiternus. Quare Ierem. 51. 39. Ut sopiantur & dormiant somnum sempiternum, & non resurgant: & Daniel. 12. 2. Qui dormiunt in terra pulvere. Quapropter sensus geminationis est: Qui feliciter abundantes in seculo obtinuerunt divitias, quasi qui somniant habere, ita illi cum moriuntur; quia sic transit gloria mundi. Hæcine similitudine usus est Seneca. Cum magnam partem contumeliarum superbi insolentisque faciant, & male felicitatem ferentes; habent quo illum affectum inflammatum respuant. Illa quicquid huiusmodi est, transcurrit, ut vanas somniorum species: & reliqua uti n. 33. Æschyl. in Prometheus. v. 438.

Somniorum formis similes longo illo tempore.

Acumen est Augustini in Psalm. 131. Omnes ista felicitates que videntur saculi, somni dormientium. Sic ista omnia vana, de quibus homines gaudent, in somno gaudent Evanescent cum apparent, & que cogitata ut magaa; in morte videntur nulla. Seneca in Thyeste, v. 445.

Falsis magna nominibus placent.

43 His ergo discussis, veriones argumento principali respondent, Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Hebr. & Caictan. Quem ego videbo tibi, & oculi mei videbunt & non alienus. Maluend. Quem ega prevolabo tibi, & oculi mei viderunt, & non alienus. Guarinus Codurc. Vidi, atque his oculis intuitus sum ego. Septuagint. Quorum ego tibi conficius sum, que oculus meus vidit, & non alius. Arabic. Si oculi mei viderint, videbunt & lumen. Alij, Quem ego tibi contemplanbor. Tempora Iobus mutat per Enallagen, ut insinuetur prophetia, & cognitio cum præcognitione duarum naturarum in persona Redemptoris, ut hic observat vigilantèr Caictanus. Modò sermo flectatur in mores, ut illum possimus videre surgentes.

ADINATON EXEGETICUM.

1. Ego ipse & non alius, ut è sepulchro in gloriam surrexerit Christus, cuius triumphum secutus est homo, & humana conditio; que alia & ipsa: ipsa, sed altera: etenim gratia Salvatoris, at gloria resurgentis, faultè mutatur conditionis forma; sed non mutatur natura. 2. Ipse, & non alius. Detrectantis poenitentiam exponitur pravum peccus; cuius intentio, damnatio: igitur dum volat tempus, & cupit esse criminum poenitentia alius; dilata utque in mortem contritione, nunquam alius, semper ipse.

3. Ipse, & non alius. Quorsum necessarius terminus? Ut eluceat alius à se peccator, dum animum percute fecerit acer dolor: equidem mutatione poenitentia, in conditione manet alius & ipse. 4. Ipse & non alius. Est amicitia cœlestis, dum gloriæ resurgit corpus; ut in mundo vera fides non credatur, etiam dum arctior exponitur: igitur vel in gloria qui gloriatur uti amicus; quoad amicitia fidem, ipse non ipse, sed alius. 5. Ipse & non alius. Quorsum non alius?

Lucret.

Qvidi

Amer vidus semas.

Psalms. 754 8. Sophocl.

Felicitas brevis & fallax.

Æschyl.

Augustin.

Senec.

Verfonta

Enallage

si alius nequit esse, qui constat ipse? Potest ipse, ipsum non esse affectionis pravitae; eo quod non ipse sit, qui ipse manet extra se: ipseque dici potest & ipse & alius; quippequam mente ex affectione furiosus.

6. Ipse & non alius. Signat hominis entitatem, & simul hominis conditionem, Est homo ipse, illustratus ratione: non ipse, homo sine mente: & dum patrie & non rationis dominatur affectus; cognoscitur ipse & alius: igitur ipse non est, qui phrenetico amore furens extra mentem sit.

7. Ipse & non alius. Ambitio simulat calide conditionem, dum presentie iuxta votum possibilem dignitatem. Ipse est & alius, si obtigerit munus: equidem quae videbatur ad speciem commendabilis modestia; dum fungitur manere insolentiae summæ conspicitur arrogantia.

8. Ipse & non alius (corpore & animâ in ordine ad gloriam) obijciat Iobus. Arctesius in ordine ad gratiam, cum Gertrude est ipse & alius: igitur eximij amoris vehementi efficacitate, & diversum & unum est cor utriusque.

DIDASCALIA PRIMA.

Homines florent Phœnices ex resurrectione Salvatoris.

PULCHRIOR oritur post nubila Phœbus: pulcherrimusque Sol iustitiae Christus Dominus; devotâ & morte & mortalitate, in signum rusticans pulchritudinis gloriæ. Inter mortuos liber, triumphat liber, qui fuit mortuus; & ut novus celebratur triumphus, Obumbrat Stoicus in Hercule furenti, à v. 595.

In lucem extulit secreta mundi. Inaccessa omnibus, ignota Phœbo Vidit, noctis æterna chaos, Et nocte quiddam gravius, & tristes Deos; Et fata vicit: morte contempta redit. Quid restat aliud?

Patres advexit Christus in lucem, & catenatum traxit Cerberum cantem, ex ignotis Phœbo locis, & cæcis tenebris, in quibus dæmon contritus; etiam si quid nocte gravius: quandoquidem in vitam redijt, donatus gloriosâ immortalitate, devotâ & contemptâ morte. Videtur in hac victoria portentum, quod de Hecore fictum. Homer. 15. Iliad. à v. 281. inquit:

Certe magnum miraculum hoc oculis videro: Qualiter rursus ex integro surrexit morte vitata

Hecor; non sine Deo propugnator exultans stat.

Ridet Euripides, in Troad. cogitationem, succinens, v. 747.

Non venit Hecor, ex terra reversus. Cæterum rediit ex terra Christus, surgens ex integro, dum eius resoruit caro. Dormivit, sed soporatus non est. David, qui vidit corruptionem; iure dicit: Ego dormivi, & soporatus sum. Christus vero

dormivit in sepulchro lethali vulnere; sed non soporatus morte: etenim ex morte corruptionem non vidit, imò gloriosus è sepulchro resurrexit: erigilavit etiam percussio lateris in tumali thalamo, quasi vitæ, qui suscitatur à somno suo. Tertullian. 5. metricè Advers. Marcion. à v. 102.

Illi mors misera dominatur tempore certo; Quo renovata levi de pulvere, mors inimica

Desiciat tandem, caro quàm resoluta resurgit.

Hæc est & expedita diæ victoria summa, Quam fecit virtute Patris, venerandus in ævum

Factus verus homo, hominis qui membra redempta

In calos tulit.

Ita qui dormit, salvus est. Dormit, sed vigilat cor: equidem huiusmodi infirmitas carnis, vel in morte non ad mortem inferendam; sed tantum somnus ad morientis gloriâ. Alijs coningit somnus dormitionis, quia morte veniunt in potestatem pulveris: Christo verò dumtaxat dormitio somni; quippequam tantquam è somno, ad gloriâ excitatus è sepulchro.

2 In prognosticum elevationis Vespasiani ad imperium, plausum uti omen faustissimum; quodd arbor cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis radicitus evulsa atque prostrata (inquit Suetonius in eo, cap. 5.) in sequenti die viridior atque firmior resurrexit. Non arbor in nec Salvatoris corruit, sed ipse in arbore de angustia & de iudicio sublatus est; qui

Sententia

Surgit Christus, devicit mortem atque dæmonem.

Homer.

Euripid.

Psalms.

quia radicitus è vivis evulsetur. Iacuit sed post triduum firmior resurgendo floruit: siquidem in immortalitate visa transiit mortalitas, in virtutem firmitatem carnis infirmitas in speciositatem vulnerum scditas; in exaltationem passionis humilitas, contumelia in gloriâ, opprobrium in excellentiam. Casus in triumphum, atque crux dira in victoriæ trophæum; quod ovans inferret cælis, premissus resurgens à mortuis. Arator. 1. in Act. à v. 318. accinit: Infernum Dominus cum destructurus adiret, Derulit inde suam spoliato funere carnem, Viator ab arce crucis radiantia signa ministrans.

Qua mira in eius resurrectione

Conditio Squillæ.

Alian.

Iuvenal.

Christus moriens, interfecit mortem.

Ioann. 20. 11.

Senec. in OE. 100. à v. 4937.

Clauudian. de Phœn. v. 101. & de Christi morte sua.

Pier. Valer. Conditio & devictio

De Squilla pisce (lupum voracem interficiente, morte) refert Alian. 1. Animal. cap. 30. Primum in gusturis laxitate salit: post aculeos in miserum venatorem desigit: huic interiora exulcerantur, tumescuntque plurimum sanguinis mittunt: denique suffocatione lupum interficiens, interficitur. Ita pugna, ex qua occumbentis victoria. Dicam cum Iuvenale, Satyr. 5. v. 81.

Aspice quàm longo dissendat pectore lancem, Quæ ferat Domino, Squilla.

Mors mortis factus est Christus, ubi succubuit. Interfectus lupum mortem interfecit. Ubi est mors victoriæ tua? Absorpta est mors in victoriâ: igitur expectans ex istu triumphum; morientis in pugna, creta fuit in trophæum. Moriens animam abstulit hosti; & mors fata novissima constituit sibi. Victum est Chaos, & vivit iterum. Mortua est mors, & ex deliquio Solis splenduit supernæ lux. Quorsum Magdalene mittit lachrymas? Mulier, quid ploras?

Quid me, tenentem regna siderei poli, Cœloque tandem reddidum, planctu inebes Sentire fatum? Parce: nam virtus mihi In astra; & ipsos fecit ad superos iter. Cettamine cum morte inito, gemuit mors clusa barathro.

O felix! quo solvimur omnes Hoc tibi suppeditat vires: prebetur origo. Quin & supplicij nomen, nexuque subisti; Ut nos subripes letho, mortemque fugares Morte tua.

3 Iam clarè triumphus, & instar Phœnicis ex morte devicta plausus. De illo ergo refert Pierius Valer. lib. 20. cap. 1. Phœnicem renasci, qui nidum è ramis avellat, & suaque inenubula & sepulchrum reponat ante ipsius Solis fores Numquam vacuum Phœnicis patet sepulchrum; quin

Torn. VII. Tautol.

florescat novus Phœnix, è tumulto vitam hauriens. Nasci primò pullum, totumque deferre nidum in Solis urbem: ait Plin. lib. 10. cap. 2. Singularis sanè historia, quæ verum articulum representat, quamvis ficta; quoniam pro nobis Redemptor mirabiliter perfecit, ultra quæ hominis cogitatio fingere potuit. Pie fœminæ, cum in Christi sepulchro illarum mansisset cor; Emerunt aromata, ut venientesungerent Iesum. Accellerunt ergo ad monumentum, fulgentemque invenerunt Angelum obvium, qui dixit illis: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? Surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum. Bonum utique, & maxime afflictis nuncium; sed quorsum ad argumentum? Quid loci, ubi sepultus, Angelica demonstratio; ut Christi sepulci astruere resurrectione? Quibus non resurrexisset, & ibi non esse. Quid quòd locus esset vacuum, vel non esset? Totus articulus: sepulchro vacuo Christum à mortuis surrexisse declaravit, exprimens signa, quod protulerat verbo. Sepulchrum Christi fuit nidus, quò triduo ut Phœnicis requiescebat eius corpus. Fuit utique bustum, ubi renovandum inter odores aromatum. Numquam huiusmodi nidus invenitur vacuum, quin exurgat Phœnix novus: Angelusque meditante sepulchrum demonstrat vacuum; quippe Christus ut Phœnix iam habet corpus gloriosum. Ecce locus. Surrexit, si non est hic. Hic profectò esset, si in novam vitam cadaver non surrexisset. Hic non est, donatus decore gloriæ: surrexit verè: etiam spolia videntur superposita cadaveri; & ut nidus Phœnicis est sepulchrum sine corpore. Ecce prædixi vobis: subdit Angelus. Quid prædixit? Dixit, quòd surrexerat gloriosus: prædixit, ab illis ita videndum. Unde prælagium? Ex signo. Videre locum. Si sepulchrum vacuum corporis, in vitam novam avolvat Phœnix.

4 Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni; erat inter Christi discipulos festivissima vox, redeuntibus duobus de castro Emmaus. Quid ergo Petrus fecit, unde verè diceretur; quòd Dominus surrexisset, & quòd Simoni apparuerit? Dicit contextus. Auditis fœminis, Petrus surgens occurrit ad monumentum, & percumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum, mirans quòd factum fuerat. Quid factum fuerat, ut secum attonitus miraretur factum? Vidit vacuum monumentum, vidit sine corpore sepulchrum:

Quæ miranda in eius resurrectione

Conditio Squillæ.

Alian.

Iuvenal.

Christus moriens, interfecit mortem.

Ioann. 20. 11.

Senec. in OE. 100. à v. 4937.

Clauudian. de Phœn. v. 101. & de Christi morte sua.

Pier. Valer. Conditio & devictio

quæ miranda in eius resurrectione

Plin.

Mirac.

16. 22

Verf. 6.

Quæ miranda in eius resurrectione

Matth.

28. 7.

Verf. 8.

Luci.

24. 14.

Verf. 12.